



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 38. Catholici exercitus Ordo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI. toto exercitu ductore Connestabili  
A.C. 1567 minem in duobus diversis locis vado  
transmittunt, traductis etiam belli tor-  
mentis, & quidem cum tanta celeritate,  
ut Princeps Condæus toto eo tempore  
vix se hospitio moveret, & neminem qui  
de hostium rebus cognosceret, pre-  
mitteret, nec pagos, qui Duriæ fluvio vi-  
cini erant, caperet: eos tamen  
regii mox trajecto fluvio occupavere,  
collemque etiam vitibus consitum haud  
longe ab oppido, cui planicies spatiofa  
subest, infederunt.

Interea Colinius Archithalassus  
summo mane, uti convenerat, Nerono  
oppido discedit, & Condæus Princeps  
per planitem suo ordine iter capessit;  
re autem ex tympanorum pulsu cogni-  
ta Catholici Armanum Guntaldum Bla-  
ronum castrorum Præfectum emittunt,  
qui mox Monmorantium monet, quod  
Condæus Princeps cum toto exercitu  
incederet, & nisi in vestigio castra mo-  
verentur, fore, ut intra horæ spatium  
ad manus utrinque deveniendum sit.

### §. XXXVIII.

#### *Catholici exercitus ordo.*

Thuan. l.c.  
P. Daniel  
t. l. p. 306.

Ceterum in Regio exercitu numeris  
bantur quindecim, aut ferme sex-  
decim peditum millia præter duo mil-  
lia equitum, qui inter Spinam, &  
Blan-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Blanvillam oppida incedentes ita in-  
structi erant, ut primum agmen in ho-  
stem æquata utrinque fronte extende-  
retur, atque equitatus, qui numero mi-  
nor erat, inter quadrata peditum agmi-  
na turmatim dispositus, illis duobus pa-  
gis utrinque ad dexteram, & lœvam  
tegeretur. Postea Guisius Dux, &  
Brossius sinistrum Hispani agminis cor-  
nu cum suo equitatu tegebant, quibus  
ordine suo interponebantur Vasconum  
copiæ, earumque lœvam partem rursus  
protegebat Santandreamus Marescallus:  
dein collocati erant Germani pedites,  
post eos autem Aumullius, & Damvil-  
la primum agmen claudebant, in quo  
omnino recensabantur novendecim ca-  
taphractorum alæ, necnon quatuorde-  
cim Hispanorum, viginti duo veterano-  
rum Gallorum, ac undecim Germano-  
rum signa, præter quatuordecim belli  
tormenta: porro his proximi stabant  
Helvetii, quos sequebantur Momoran-  
tius Connestabilis, & Nicolaus Brichan-  
teus Bellovasius, atque interposito Bri-  
tonum agmine in quadrum disposito  
Lansacus cum equesti turma postremum  
aciei latus claudebat, & ad pagum  
usque, qui ad lœvam situs erat, pertin-  
gebat. Ceterum in acie omnino erant  
Cataphractorum equitum septendecim,  
& tria levioris armaturæ vexilla, nec-

Uu 4 non



Sæcul. XVI. non viginti duo Helvetiorum, & sepe  
A.C. 1562. decim Gallorum peditum signa unum  
 octo belli tormentis: omnia tamen  
 hæc peditum agmina in quinque ma-  
 jora erant divisa.

## §. XXXIX.

*Instructio Calvinistarum acis.*

*Thuan. l.c.*  
*La Popel.*  
*l. 8.*

Porro sequenti ordine incedebat Con-  
 dæi Principis exercitus. In primo  
 cornu, quod Maris Præfctus Colinus  
 ducebat, trecenti quinquaginta cata-  
 phracti equites erant, quatuor Germano-  
 rum equitum vexilla, sex Germano-  
 rum, & duo Gallorum peditum signa;  
 in acie autem quadringenti quinqua-  
 ginta equites cataphracti, sex equitum  
 Germanorum vexilla, sex Germanorum  
 duodecim Gallorum peditum signa re-  
 censabantur, quibus acceſſerant sex e-  
 quitum sclopetariorum vexilla, cum  
 levis armaturæ equites decessent, qui  
 bus Guilielmus Cureus præerat: cum  
 igitur jamjam appropinquaret Prin-  
 ceps Condæus, Andelotus, qui qua-  
 na laborans eo forte die accessione re-  
 currente vexabatur, e lectica, qua ve-  
 hebatur, vestem pellibus fartam indu-  
 tus equum conscendit, ut regii exer-  
 citus aciem contemplaretur, atque cer-  
 tius, an, nec ne illam aggredi tutum  
 foret, conspiceret, cum autem rem pe-  
 riculis

